



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 91. Scriptorum A catholicorum opera & decessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII.
A. C. 1730.

§. XCI.

*Scriptorum A catholicorum opera
decessus.*

Nonnulli etiam ex Scriptoribus A catholicis hoc anno vitæ suæ fines fecere, quorum opera posteritati relin- gere, haud abs re erit. Ex his igitur primus occurrit Jacobus Saurinus Calvinista, qui, cum in certis calibus mentiri, licitum esse defenderet, acer- ceterorum invidiam sibi accerserat. Pugnabatur aliquamdiu editis utriusque scriptis, mutuis convitiis fædisque ex- minationibus, resque tandem eo de- ducta est, ut Saurinus, quamvis e- vulgata dissertatione *de mendacio* opi- nionem suam vindicare molitus esset. Ultrajecti tamen, Lugduni Batavorum & Amstelodami coram Calviniano Syn- nedrio causam suam dicere cogeretur. Scripsit præterea Synopsin Theologiae & doctrinae moralis Christianæ per mo- dum Catechismi, novem tomos ser- monum, sermones in S. Scripturam & librum de Christiana Religione in Francia. Obiit Hagæ Comitum die trigesima Decembris. II. Joannes An- dreas Frommann, qui edidit tractatum de inimicitia, ejusque effectibus, de obligatione naturali, & correali, nec

non de revocatione privilegiorum Sæc. XVIII.
 præter alios tractatus potissimum juri- A. C. 1730.
 dicos. Decessit Tubingæ die tertia
 Januarii. III. Jacobus Carolus Spener
 Lutheranus, qui posteritati reliquit
 Historiam Germaniæ Universalis &
 pragmaticam, notitiam Germaniæ an-
 tiquam, Historiam doctrinæ de Tem-
 peramentis hominum, tractatum de
 vera origine Comitum Palatinorum
 Cæsareorum Lateranensium, & alia
 quamplurima, quæ passim in Historiæ
 Literariæ Lexicis recensentur. IV. Sa-
 muel Strimesius Calvinista, qui publici
 juris fecit ingenuam in controversias
 Evangeliorum inquisitionem, Consen-
 sum Sandomiriensem ab Evangelicis
 Augustanæ, Bohemicæ & helveticæ
 confessionis, Consensu inter Luthera-
 nos & Calvinistas in fidei fundamento,
 Systema gratiæ Divinæ, Epistolam ire-
 nicam ad Scultetum, tractatum de
 fundamentalibus fidei articulis, disser-
 tationem de in — & æqualitate gra-
 tiæ, ingenuam in Arminianismum in-
 quisionem, de creatura spiritali, de
 una Ecclesia, de primis duodecim Ca-
 nonibus Apostolorum, Praxiologiam
 contra Hobbesium, & contra Duellum,
 tractatum de Baptismo pro mortuis
 &c. V. Paulus Hilscher, qui die ter-
 tia Augusti mortuus ad posteros trans-
 misit

Sæc. XVIII. misit Schediasma de Bibliotheca Adam
A. C. 1730. Protoplasti, epistolam de reliquiis
 Adami, Templum Dei mysticum, com-
 mentarium in Psalmum CLI. Disserta-
 tionem de incensis castris per Gedeonem,
 Disputationes de veterum disci-
 plina Ecclesiastica, de erroribus pira-
 rum circa **Nativitatem Christi**, de
 Dominicæ *Lætare*, de studio Philo-
 sophiæ gentilis, de campanis Templo-
 rum, de inani studio Eruditorum, de
 Christo Suetonii, quod ille non
 Christus mundi Salvator, de formâ
I. H. S. Maria, de persecutionibus Chris-
 tianorum in Japan, de spiritu familiarum
 Lutheri, præter varia Exegetica de
 VI. Antonius Blockwall, qui die
 optima Aprilis mundo valedixit, post
 quam introductionem in Auctores clas-
 sicos & Authores Sacros defensos se-
 que illustratos ediderat. VII. Geo-
 gius Kriegk, qui secunda Augusti die
 vivis ereptus elucubrabat disputa-
 tionem de veterum velamine ad illustran-
 dum **I. Cor. XI. v. 10.** tractatum de tumore
 molesta Christianorum, de Sophistarum
 eloquentia, dissertationem de Patri-
 bus Platonizantibus præter alia nonnulla
 VIII. Joannes Henrichus Krauschne-
 qui scripsit disputationes de origine idea-
 rum in mente humana, de rixis ca-
 sarum inter eruditos præter quosdam
 sermones. Obit die quinta Januarii.
 §. XCII.